

37
XXXIV.

PROPEMPTICA

*Vera pietate, eximia eruditione, & pra-
claris virtutum insignibus conspicuo viro,*

D. MARTINO PO-
LYCARPO BOHEMO, PHILO-
sophiæ Magistro, & SS. Theologiæ
Candidato, VVitebergâ
abeunti

Scripta

A Promotoribus & Amicis.

ANNO

Da bene Christe Morl.



VVITBERGÆ

Typis Laurentij Seuberlichij, Anno 1602.

38



Optimo & Humanissimo viro,
DN. M. MARTINO POLYCARPO,
Hradeczensi Bojemo, amico meo
singulari.

*DM POLYCARPE, Tibi gratatur amabilis ordo
Vatum, Leucorea quos fovet Albis humo:
Cur ego non addam gratissima symbola amico,
Portio qui cordis dimidiata mei es?
Nos constans animus, nos fraudis nescia fibra
Junxit, & hanc ficta Religionis amor.
Tam subito MARTINE, ab itum meditaris haveſq;
Gaudia diſceſſu rumpere noſtra tuo?
Gaudia rumpuntur, ſed mens pia juncta perennat:
Et melior neſcit portio noſtra mori.
Ergo iteris dextri cedat labor alite dextro:
Dux tibi qui ſemper, dux tibi CHRISTUS eat.*

Barptolemius Bilovius à Bilovv, March.
Comes Palatinus, & Eques Tor-
quatus, Civis Rom. &c. amoris
ergò fecit, auroædius.

E I D E M.

SAT tibi collectum est *Musea frugis in agro,*
Leucoris Aoniâ quem madefecit aquâ.
Nec tamen hac collecta tui solius in usum est,
Publicanî fiant, cui mihi priva bono?
Scire meum nihil est, si Scire hoc nesciat alter.
Quid prosint, quæ non effodiuntur opes?
Quidnî igitur sapiens te pectus habere putârim,
Qui tibi doctâ, alios porrò docenda putas?
Hæcque abitus quoq; caussa tui est. Moravia gaude:
Hic tibi præsentem fert P O L Y C A R P U S opes.

Fridericus Taubmanus Fr. Poëta
& Professor V Viteb.

A L I V D.

ERgò paras abitum, nec fas tibi in hocce morari
Longius emporio? mi P O L Y C A R P E, benè est.
Gaudeo quod cernam A V G V S T U M, jam scepra tenentem,
Gaudeo sub tanto crescere R E G E S C H O L A E.
Tu sed abis; aliasque petis Rectoris habenas;
Quæ sunt C A E R A R E I S scilicet in manibus.
Cæsareis gaudes, A V G V S T I, gaudeo in alis:
Gaudia sic an non sat lucra uterque feret?

Balthasar Mencius, Nimecensis Saxo,
Poëta L. Coronatus S. αυτοκεδίας.

AD

AD

A D E V N D E M.

Discessum, *POLYCARPE*, paras; discedimus ambo:
Tu in Patriam, in patriam cedo uocorq; meam.
Tu, mihi fortunent ut iter mea Fata, precaris
Fortunent eadem teq; viamq; precor.

M. Fridericus Balduinus, Dresd. P. L.
memoriae gratia hoc schediasma
relinquebat.

A L I V D.

VT te gratiae, ament omnes *POLYCARPE* Magister:
Siccine jam menti constat *ABIRE* tuae?
Tædiate capiunt *VVITEBERGAE*, quæ tamen auctum
Iam duplici nomen laudat honore tuum?
Si iuvat in studiis consumere dulcibus ævum,
Hejcaliquid semper, quod mediteris, erit:
Adde quod externas nostra est schola celsa per oras:
Clara rei doctæ Nomina fama facit.
Sed quis non patriam regioni præferat omni?
Mâlo latere domi, quàm renitère foris.
Est *ITHACVS* sapiens, sed tecta domestica quærit,
Sint licet obscuris illa petenda viis.
Hanc, me teste, tamen laudem, *POLYCARPE*, reportas,
Sivè domum visas, sive aliena colas:
RAROS PROGENVIT GIGNITQVE BOEMICA DOCTOS
TERRA, SED EX DOCTIS TV POLYCARPE VIR ES.
Ioh. Georgius Hochstaterus, Fr. P. L.

M E L O S

Ad Humanissimum & Politissimum Virum,

D. N. M. MARTINVM POLYCARPVM,
patrios lares repetentem.

Andi

AV dii nuper labia impudentis
Nescio cuius blaterare; nullos
Phæbicâ claros reperiri & acres
Arte Bohemos.

O caput scævum! Tibi credidisti
Et tuis tantum Charites dedisse
Ingeni multâ geniîq; vires
Dote politas?

Exteris pectus quoque puro aceto
Lavit, & sanos cerebri recessus
Phocidos lymphæ laticè irrigavit
Phæbus Apollo.

Nec deest cultis sua laus Bohemis,
Testis Ascrae POLYCARPE Musæ
Flos, decus sanæ meditrinæ, amicum
Corclum Aganippes.

Quem diu lato VViteberga gressu
Extulit: sed nunc patrias ad oras
Arte formatum Calria, politum,
Arte medendi.

Avocat desiderium videnda,
Patriæ Terra, iubet & talentum
Creditum multo Dominis suis re
Fundere censu.

Ergo eas fausto pede, eas Magister

Docte, nec turbet titubante fato
Sæva tempestas, nec acerba sortis
Aura maligna.

Prosperos gressus, videasq; latus
Patrias sedes, vigeasq; nostri
Fœderis nostriq; animi nec ullo
Immemor ævo.

Et diu testare Bohemæ corda
Posse Phœbeas genium per artes
Didere. Et quod restat, amice Salve
Salve ab amico.

S. à Leonhardo Angelo. Fr. P. L.

A L I V D.

NVm tibi sat bibitum est, undæ, POLYCARPE, salubris
Pegasus afflictu summi pedis excitat ecquam,
Discupis hinc fumum tellus quem patria gignit
Cernere, Pieridum decus! inculpata Minervæ
Fama; bonis avibus patritis reddere. Dux sit
Inceptæq; viæ fulvis qui præsidet astris.
Ne tamen adsciti deponas nomen amici:
Hic colet ex animo te, nec mutabitur unquam
I placido solis cum lumine, & offer aristas
Cognatis, patriæ. Vitam seniumque, Magister,
Profer in inmensum longævi Nestoris augmen.

Georg. Hochschilt, Styro-Gleich-
storffius, P. L.

Nominia

A L I V D.

Nominis altisoni messis vix facta secunda est;
Alter & in crines vix tibi venit honos.

Deseris Albiaci tempe Musæ Lycei,
Ad patrias portas & data serua sinus.

Id. POLYCARPE, bonum est: Nam quæ Viteberga capillis
Serta dedit, monstres cur eadem haud patr. a?

Nicolaus Rudolphus, Francus,
Poëta Laur.

A D E V N D E M.

Quid? rursus patriæ repetis, POLYCARPE, penates?
Et petis, ut voto Musa serenet iter?

Sic est: non rediturus abis: salvere sodales,
Leucoræque jubes fulera valere scholæ.

Quid faciam? vultum posito mœrore serenem
Lætitiæ? aut questus pectore tristis agam?

Patria læticiam poscit, cui moribus aptis
Ingenio, variâ cultus & arte redis.

Ast ego, si cordis modo fas est prodere lensa,
Discessum doleo, dulcis amice, tuum.

Causa sat ampla subest: genuit me Slesia: doctæ
Artis Görlicium semina prima dedit.

Vitalem tribuit tibi clara Bohemia lucem:
Artibus erudit Morava terra bonis.

Attamen ut Phœbi sectantes castra subimus
Ambo Leucoræ clara Lycea scholæ:

En inter Musas non cognita pectora flammis
Auspicio primis incaluere Dei.

Cedite, qui poclis jungi duo corda putatis:
Cui cœpit studii foedere durat amor.

Cœptus amor studiis robur sibi sumpsit ab annis,
Lætitiæ nobis causaque sæpe fuit.


Materies

...remotis erat de rebus honestis :
Squallida colloqui semina scurra serit,
In rebus dubiis, si fors certamen, amice,
Cos tibi fortis eram : tu mihi calcar eras.
Ergo cum patrias procul hinc discedis in oras
Nec socia tecum conditione fruor:
Discessus meritò mihi nunc movet iste dolorem :
Vsum qui suavis tollit amicitia.
Numine sed, *POLYCARPE*, viam quia suscipis actus :
Consona mens iussis cogitur ire Dei.
I quo fata vocant : tecum comes ille, *Tobiae*
Qui junctus lateri proximus ivit, eas.
I quo fata vocant : clarissima Patria plausu
Assurget studiis nobiliore tuis.
I quo fata vocant : En mater honoribus auctum
Se natum gaudet posse videre suum.
I quo fata vocant : te *SVEVVS* mente recente
Servat : *TV SVEVVM* mente recente tene
Improbus est, visum qui saltem curat amicum :
Verus in absentem fertur ubique favor.

*Fraterni amoris ergo deproperabat,
Casparus Suevus, Leo: Sil:*

l.
s.







Cl 2490


ULB Halle

3

004 936 701







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



OPTICA

ruditione, & pra-
us conspicuo viro,

NO PO=

MO, PHILO.

SS. Theologiae

Vitebergâ

& Amicis.

Morl.

R GÆ

hij, Anno 1602.